

Iste Henricus, qui hunc librum edidit, fuit canonicus ecclesie sancte Marie civitatis Magontie, in qua ecclesia sunt canonici seculares bis quater quaterque deni<sup>1)</sup>).

Epistola Henrici ad Henricum.

Henrico, septiformi spiritu in trina fide illustrato ac septenis rivis trifarie philosophię mundato, post septimanam hujus vite septem beatitudinibus laureari et in octava Trinitatem in unitate contemplari!

Quia ignorans cum ignorantibus ignorantię tenebris involvor, idcirco mestam lugubrem et (so) vitam ut cecus ducere videor. Qua re, quia te in mensa sapientię luce circumfulsum cognosco, cum multis aliis deposco, quatinus aliquam scintillulam tuę flammivome sciencię, cum tibi non minuatur, nobis impertias et positionem orbis, quasi in tabella, nobis describas. Miserum enim videtur, res propter nos factas cotidie spectare et cum jumentis insipientibus quid sint penitus ignorare.

Rescriptum Henrici (so). Incipit prefatio Henrici in libro qui dicitur ymago mundi.

Sapientię alumno abdita diligenter scrutanti in sciencie profundo Henricus salutem . . . Poscis, amicissime, tocius orbis depingi formulam . . . quibus deest copia librorum, hic libellus edatur.

Das Werk selbst beginnt: Mundus dicitur quasi undique motus. Es ist das welches sonst den Namen des Honorius Augustodunensis trägt. Der Kaiserkatalog entspricht dem der ersten Recension, wie sie nur in der Handschrift Cotton Cleopatra B IV. erhalten ist, hat aber nach den Worten: Hic 5<sup>o</sup> anno regni sui accepit Mathildem, filiam Henrici regis Anglie, in conjugium anno ab incarnatione Domini 1110, den Zusatz, der auch in den weiter geführten Texten sich findet: 'Quis autem post hunc regnum adepturus sit, posteritas videbit' (SS. X, S. 133 N. u. z.)

Von anderer Hand ist am Rande hinzugefügt bei Otto I: Matilda filia Theodorici ducis Saxonum; bei Heinrich IV: [His] temporibus Willelmus Bastard subegit Angliam. Estas tam fervida fuit ut . . . ses et pisces perirent.

Eine andere Handschrift Cotton Vespasian E. III, c. a. 1300, fol. 154 roth: Incipit liber Ymago mundi. 'Ad instructionem multorum, quibus deest' etc. Hier fehlt die Kaiserreihe.

---

1) Wenn diese Bemerkung richtig, erhielt Lebeufs Ansicht, dass die Imago mundi nicht von Honorius von Autun verfasst sein könne, sondern einem Deutschen zuzuschreiben sei (s. SS. X, S. 126), auffallende Bestätigung. G. W.